



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Sacerdos Aut Sanctus Aut Reprobus**

**Dufrène, Maximilian**

**Augustæ Vindelicorum, 1743**

Eminentissimo & Reverendissimo Principi Ac Domino, Domino Damiano  
Hugoni

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60483](#)



Eminentissimo & Reverendissimo  
**PRINCIPI**  
AC  
*Domino, Domino*  
**DAMIANO HUGONI**

S. R. E. titulo S. Mariæ de Pace Presbytero Cardinali, Episcopo Spirensi & Constantiensi, Ecclesiarum Principalium Weissenburgensis & Odenheimensis Præposito, Domino Augiae Majoris & Oeningæ, S. R. I. Principi & Comiti de Schönborn, Inclyti Ordinis Teutonici Equiti, & per Ballivias Hassiacam, & Vetere-Jancetanam, seu Belgicam Commendatori Provinciali &c. &c.

*Domino meo Clementissimo.*

Eminentissime ac Reveren-  
dissime S. R. E. Cardinalis, & S. R. I.  
Princeps,  
*Domine, Domine*  
*Clementissime.*

*S*Ubire audet conspectum Emi-  
nentiae Vestrae libellus hic, tri-  
duana complectens Exercitia  
Sacerdotibus propria, ut sub glo-  
riosissimis auspiciis in lucem pro-  
diens, tantò magis Ordini Sacer-  
dotali profit, quantò plus ponderis  
ab Eminentiae Vestrae Clementissi-  
ma Protectione illi accesserit. An-  
nus jam septimus labitur, ex quo  
Ric-

Riedöschingæ ad sylvam Hercyniam Sacrum Secessum triduanum quavis æstate numerosè frequenterat Venerabilis DD. Parochorum vicinia fervore tanto, quem oculis spectare coràm facilius sit, quam calamo describere. Vinti sex hoc anno aderant Viri Eximii, qui omnes uno ore hasce commentationes sacras ad suam, aliorumque utilitatem typis vulgari petierunt; neque integrum fuit postulato refragari. Non poterit non esse gratissima Eminentia & Vestra annua hæc spiritum sacerdotalem renovandi sedulitas, quam & alibi quoque in amplissima Diœcesi jam emulantur Parochiarum Rectores à zelo & pietate solida plurimum venerandi.

Operosissimè querit Eminentia  
Vestra Cleri sibi commissi majo-

( 3 ) rem

rem utilitatem, qua obtenta maximè delectatur. Admiramur pastoralem solitudinem in edendis saluberrimis Decretis, quæ ad ejusdem Venerabilis Cleri potissimum commoda, totiusque Domini Gregis incolumentem pertinent: suspicimus Vigilantiam perpetuam, & magnanimam fortitudinem in urgenda eorum executione, quæ pro Ecclesiastica disciplina sapientissimè ordinavit Sacrosanctum Concilium Tridentinum. Quare dubium nemini esse potest, quin Eminentia Vestra cordi pariter quam maximè habeat Sacros Ven. Cleri secessus annuos, in quibus commendandis Verbo & exemplò toti fuere Praesules Sanctissimi D. Carolus Borromaeus, & D. Franciscus Salesius, aliisque maximò numerò Viri in Ecclesia præstan-

stantissimi, quorum vestigiis E-  
minentia Vestra perpetuo inhæret.  
Dum igitur summa fiduciâ non  
solum hisce paginis, verùm & sa-  
cris secessibus nostris Clementissi-  
mam Protectionem humillimè ex-  
oro, sacram simul Purpuram ve-  
nerabundus exoscular, & ad ci-  
neres usque persevero

## Eminentiae Vestræ.

Humillimus, devotissimus  
& obsequentiissimus  
**Capellanus**

Mößkirchii 7. Sept.

1742.

*Maximilianus Du-*  
*fréne Societatis Jエsu.*

X 4

Ad-